

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

XXII.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](#)

A. 1607.

PARS SEPTIMA.

805

sit propositum, ejusdem perii consilium, sed haec tenus, nescio quas ob causas, nihil responsi accepi. Constitui, Deo volente, disputationem alteram, sub Praesidio iterum dignissimi Dn. Cancellarii, pro gradu defendendam suscipere. Menso Augusto expectatur quidam SS. Theologiae Candidatus ex Pomerania, Superintendens, ut intelligo, Specialis Stetinensis M. Christophorus Butelius. Sunt in promptu alii quidam competitores Juris & Medicinae Candidati. Haec occasio mihi non videtur esse negligenda. Si Tua Magnificentia suo mihi adesset consilio, ac Domini Doctoris Pappi responsonem urgeret, faceret mihi officium, summo gratitudinis & observantiae cultu agnoscendum & praedicandum.

Ab Illustri & Generoso Domino Carolo Jorgen &c. Domino meo Clemente, propter disputationum mearum dedicationem, ejusmodi renumerationem accepi, studio & opera Clarissimi Dn. Flori, ut ferè nesciam, qua forma meam grati animi significationem ejus Clementiae declarare debeam. Consultum arbitror, eam deferre, donec disputationis proximae exemplaria quædam transmittere possim.

Ab Eutringensis Ecclesiae Pastore, M. Joanne Neobolo, fasciculum præsentem quarundam Epistolarum accepi, negotio cum Bipontinis inservientium, quas ad ejus petitionem Argentoratum transmitto. Eas Tua Magnificentia, Reverendo & Clarissimo Domino Doctori, per ministrum offerre poterit; quod ego nomine dicti Domini Pastoris, debita animi observantia, à T. Magnificentia peto. Nomine dignissimi Domini Cancellarii, hospiti⁹ mei colendissimi, plurimam T. M. annuncio salutem. Saluto ipsem Dn. Wægelinum, ab eodem peto amicitia⁹ jure mihi exemplar Trophei Augustiniani communicari. Tuam Magnificentiam cum universa familia, tutela⁹ ac patrocinio DEI Opt. Max. commendans. Datae Tubingæ, 13. Junii, Ao. MD CVII.

Magnif. Thæ

observantisimus

M. Joannes Bechtoldus.

XXII.

Salutem in Christo IESU.

Tandem, Reverende & Clarissime Domine Doctor, Praeceptor ac Patrone summa observantia colende, propositum meum finem suum assequitur. Ad diem enim proximam XIV. Septembr. unā cum Domino Constantino Varenbulero, & Dn. Georgio Mascalvio Pomerano, SS. Theol. Candidato, DEO benē juvante,

I i i ii 3

ad

ad Actum publicum Doctoratus progrediar. DEUS dirigat hoc ad sui nominis gloriam, & Ecclesiæ ac Scholæ ædificationem. Quia vero T. Reverenda Dignitati me totum debeo, non possum intermittere, quin singulari annunciata salute, reverenter & officiosè, precibus à Reverenda T. Dig. contendam, ut Actui ac promotioni nostræ interesse, suaque præsentia & autoritate testimonium ipsa perhibere mihi dignetur, quod quicquid hæc in parte suscepit, meorum Dominorum Præceptorum ac promotorum consilio & autoritate sit suscepimus. Ego, DEO dante, redux si fuero, ad omnia gratitudinis & observantiae debitæ officia ofero me promptissimum; brevitate autem literarum summa tabellarii festinatione excuso. Scio, T. Reverendam Dign. non verba invitantis sed animum observantem candidum & sincerum consideraturam, meque etiam posthac de meliore nota, discipulum, commendatum retenturam. Tub. 26. Aug. Ao. 1607.

Reverenter & officiosè salutat R. T. D. Digniss. Dn. Cancellarius.

T. Reverenda Dign.

observantissimus

M. Joannes Bechtoldus.

XXIII.

*Salutem officiosam, & felicissimum novi anni auspicium  
atq; letissimum exitum ex animo precor, Reverende & Clarissime Dn. Doctor, amice  
& frater in Domino honorande atq; charissime.*

**Q**uod ad literas R. D. T. serius, quam par est, respondeo, non mea sed Tabellariorum culpa accidit, qui rarissimè ad nos veniunt, & ubi venerint, sic subinde maturant abitum, ut nullum mihi relinquant scribendi spatum.

Ut primum autem vidi literas R. D. T. mox agnovi manum filii optimo parenti (qui nunc in ecclis) commodatam. Ea enim divum parentem olim, ad meum datum literas (dedit autem frequentissimas) sepissime usum competio, quando scilicet ipse propriis manibus scribere non fuit integrum. Ago autem & habeo R. T. D. gratias, quas possum, maximas, pro insigni illa benevolentia, quam mihi & filio non verbis tantum pollicita est, sed & re ipsa præstiter haec tenus, & hoc unum exopto, ut mihi patrem aliquando gratiam, vel ipse R. T. D. vel liberis atque posteris ipsius charissimis, ipso facto referre liceat.

Nec desino subinde hortari filium, ut se tanti viri benevolentia non indignum reddat, sed strenue boni adolescentis officium faciat; id ut fiat, largiatur, qui est omnipotens.